



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 100. Spifamius Genevam cum adultera profugus, eique incæstis nuptiis  
junctus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

quisitionum tribunali Præses, necnon Sæcul. XVI. libellorum supplicum Magister, ac de- A.C. 1567.  
niique secretioris Senatus Consiliarius nominabatur. Omnibus hisce muneri- bus auctus tantam ingenii aciem, at- que eruditionis ubertatem præsefere- bat, ut sacræ militiæ adscriptus nullam percurreret dignitatem, quæ me- ritorum famam, quam sibi compara- verat, superaret: igitur ex Canonicô Parisiensi, atque Universitatis Cancel- lario apud Senones Abbas sancti Pauli, necnon generalis Lotharingii Cardina- lis Rhemensis Archiepiscopi Vicarius creabatur, qua dignitate insignitus ab Henrico II. Rege ad Nivernensem Epi- scopatum nominatus est, cuius Eccle- siæ possessionem Anno reparatæ salutis millesimo quingentesimo quadragesimo octavo accepit. Hæc munia obibat Spifamius usque ad annum Incarnatio- nis Dominicæ millesimum quingentesi- mum quinquagesimum nonum, quo Parisiensis Senatus de perversis hujus Viri moribus, ac pernicioſis ejusdem doctrinæ edoctus illum comprehendendi jussérat.

### §. C.

*Spifamius Genevam cum adultera pro- fugus, eique incœſtis nuptiis junctus.*

M 2

Præ-

**Sæcul. XVI.** **A.C. 1567.** Præcipua suæ a vera fide defectionis

caussa existiterat nefandum carnis commercium, quo se se polluebat cum Catharina Gasperna, quæ Parisiensis castellanæ Curiæ Procuratori, nomine Stephano Greslio erat matrimonio juncta: porro hic idem Procurator obie rat anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo nono: Spifamius vero hujus viduæ societate abutebatur, perinde acsi ejusdem Maritus existeret, unde etiam ex sacrilego hoc commercio filium nomine Andream, qui tam en hujs Procuratoris Filius a vulgo reputabatur, necnon filiam nomine Annam suscepit, quæ nonnisi post Stephani Greslii obitum priuam lucem alpexerat: igitur Spifamius nonnisi anno post Christum natum millesimo quingentesimo quinquagesimo nono Franciam suumque Episcopatum reliquit, unacum pellice sua Genavam secessurus, ubi etiam adventans hæreticorum ritu eandem hanc fœminam connubio sibi copulabat, id permittente Senatu tam Ecclesiastico, quam profano: insuper se se Passum nominari voluit, eoquod ex hujs nominis progenie ortum duxisset: ex nobili enim prosapia descendens origine Lucensis erat; postea autem ejus familia Parisiis domicilium sivebat anno Salvatoris nostri millesimo

tre-

trecentesimo quinquagesimo, dum Bar- Sæcul. XVI.  
A.C. 1567.  
tholomæus Spifamius vivebat, ex quo  
omnes hujus nominis posteri, necnon  
Bisseonii, Grangii, & Passii ortum du-  
cebant. Jacobus Spifamius, cuius nunc  
meminimus, Patrem habebat Spifa-  
mum Passium, qui Regi ab epistolis in-  
super pro belli sumptibus ærarii Præfe-  
ctus præter morem nominatus erat, e-  
jus autem Mater fuerat Jacobetta Ru-  
zea, quæ Jacobum ex quinque Filiis  
postremum progenuit.

## §. CI.

*Insulsa hujus Apostatæ consilia.*

Postmodum Spifamius Genevæ una- Spon. t. 2.  
l. 3. p. 115.  
cum sua familia honeste vivebat,  
nam ibi, eoquod secum multas divitias  
attulisset, se tanquam Nobilem gerebat,  
amplasque eleemosynas elargiebatur,  
qua liberalitate multos sibi conciliabat  
amicos, ac Senatorum, qui in variis  
negotiis ejus consilia exquirebant, con-  
fidentiam sibi attrahebat: moram autem,  
quam Genevæ trahebat, frequenter di-  
versis interrumpebat itineribus, quæ  
suscipere cogebatur, præcipue in Ger-  
maniam, quo eum Condæus ablega-  
bat, ut belli ab hoc Principe contra Re-  
gem suum suscepti æquitatem vendica-  
ret: ibidem Spifamius quatuor divulga-  
bat literas a Catharina Medicæa Regi-

M 3 na